Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Dominica post ascensa domini: Lesung aus dem Evangelium nach Iohannes

urn:nbn:de:bsz:31-6715

Visual Library

paciſ appellat· Nam.
uttaceamuſ degaudio
reproborum· quo ſibi
luctum mercantur aeter
num· habent ſci etiam
inpreſenti gaudium· de
ſpe caeleſtium bonorum·
cum pdño terreniſ ex
erceantur aduerſiſ· ha
bent gaudium· cum amo
re fraternitatiſ ſuaden
te diſcunt gaudere cum
gaudentibuſ· flere cum
flentibuſ· Sed non eſt
plenum gaudium· quod
fletu uariante miſcetur·
Plenum quippe gaudium
fit· ubi nemine flente·
cum ſoliſ datur gaudere
gaudentibuſ· Ait itaq·
petite & accipietiſ· ut gau
dium urm ſit plenum·
Ac ſi patenter dicat· Non
fluxa ſaeculi gaudia· quę
& merore ſemper mixta·
& ceſſe ſine fine ſunt ob
noxia· ſed illud ſingula
re gaudium apatre pe
tite· cuiuſ plenitudo nul
lo cuiuſlibet inquietudi
niſ adtactu minuitur· ae
ternitaſ nullo umquam
termino diſſoluitur·
Si enim perſtiteritiſ inpe
tendo· pcul dubio quae
petieritiſ accipietiſ· De
huiuſ plenitudine gau
dii· petruſ fidelibuſ ſcri
bit dicenſ· Credenteſ autē
exultabitiſ laetitia in
enarrabili & glorifica
ta reportanteſ finem
fidei urae· ſalutem ani
marum ueſtrarum·

DOMINICA POST
ASCENSA DNI
LECTIO SCI EUANGELII
SECUNDUM IOHANNEM

In illo tempore· Dixit
ihc diſcipuliſ ſuiſ· Cum
uenerit paraclituſ quē
ego mittam uobiſ apa
tre· ſpm ueritatiſ qui
apatre procedit· ille
teſtimonium perhibe
bit deme· Et uoſ teſti

monium perhibebitiſ·
quia abinitio mecum
eſtiſ· &reliqua·

OMELIA LECTIO
NIS EIUSDē
UENERA
BIL BEDE
PRBI.

Ex multiſ
ſci euan
gelii locis
inuenimuſ· quia diſci
puli ante aduentum
ſci ſpſ· minuſ capaceſ
erant adintellegenda
arcana diuinae ſublimi
tatiſ· minuſ forteſ ad
toleranda aduerſa hu
manae prauitatiſ· Sed
eiſ adueniente ſpū cū
augmento diuinae ag
nitioniſ· data eſt etiam
conſtantia uincendae
humanae perſecutioniſ·
Unde illiſ dominica nunc
ꝓmiſſione dicitur· Cū
uenerit paraclituſ quē
ego mittam uobiſ apa
tre ſpm̄ ueritatiſ qui
apatre procedit· ille
teſtimonium perhibe
bit deme· &uoſ teſti
monium perhibetiſ·
X Notandum autem in
primiſ quod dn̄ſ ſpm̄
ueritatiſ· & aſe mitten
dum eſſe teſtatur· &
eundem mox apatre
ꝓcedere ſubiungit·
Non quia idem ſpſ aliter
apatre ꝓcedit quam
afilio mittitur· aut a
lio tempore apatre ꝓ
cedit quam cum afilio
mittitur· Sed ideo fi
liuſ eum aſe mitti· a
patre dicit ꝓcedere·
ut aliam patriſ aliam
eſſe ſuam perſonam
deſignet· atque ineadē
diſtinctione perſonar̄·
unam eſſe operationē
ac uoluntatem ſuam·
cum patriſ uoluntate
& operatione denun
XI tiet· Cum enim eiuſdē